Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



84

Car

·xliij·

Et egressus inde abiit in patriam suam et sequebantur illum discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docere. et multi audientes admirabantur in doctrina ei dicentes. Unde huic omnia. Et que e sapientia q data e illi. et tanta per uirtutes tales q per manus eius efficiuntur. Patriam ei nazareth dicit in qua erat nutritus. S; quantum nazarenorum cecitas q eum que in uerbis facti sq; ipsi simens in leua fuisset xpm cognoscere potuit obsola generi non eum contempnunt. Sapientiam autem ad doctrinam uirtutes referunt ad sanitates et miracula q faciebat. que sollerti ac pulchra distantia commemorat apls dicens. Judei signa petunt et greci sapientiam quierunt. nos autem predicamus xpm crucifixum. iudeis quidem scandalum gentib; autem stultitiam. ipsis uero uocatis iudeis et grecis. xpm di uirtutem et di sapientiam. In qua numerum sententia uirtutem ad signa retulit ppter iudeos. sapientiam autem ad doctrinam ppter grecos id e gentes. Nonne iste e faber filius marie frater iacobi et ioseph et iude et symonis. Nonne et sorores eius hic nobcum sunt. Et scandalizabantur in illo. Scandalum et error iudeorum salus nra est. et hereticorum condemnatio. Intantum enim cernebant hominem ihm xpm ut hunc fabrum et iuxta alium euglistam fabri clamarent filium. fis qq; et sorores eius secum esse testarentur. Qui tamen non liberi ioseph aut marie iuxta hereticos putandi s; potius iuxta morem sacre scripture cognati ipsorum sunt intellegendi quomodo abrahae et loth fis appellantur cum essent loth filius fris abrahe. Et multa habes huiusmodi. Non autem sine certa piusione sacramenti dns in carne apparens faber et fabri filius estimari ac dici uoluit quin potius etiam phoc se eius ante sela filium esse docuit q fabri